

König Wilhelm verkündet auf Antrag des Abtes Leonas von S. Clemente in Casauria die gesetzlichen Bestimmungen über die Gerichtsbarkeit bei Ehebruch und über den Gerichtsstand der Kleriker. .

Salerno, (1172) Juni 12

Paris, Bibliothèque Nationale, Paris. lat. 5411 « *Chronicon Casauriense* », fol. 270v, Abschrift vom Ende des 12. Jh. [C]

Editionen: MURATORI , *Rer. Ital. Script.* II b , 906 - 907 .

Regesten: DI MEO, *Annali* X, 352 ; B. 186 , der D 52 und D 53 zusammenwirft ; MANARESI, *Liber instrumentorum* 28 zu Juni 13 ; Enz. 88

Abt Leonas von Casauria nutzte den Aufenthalt des Königs auf dem Festland zu Beginn seiner Volljährigkeit, um für sein Kloster eine Reihe von Urkunden und Mandaten in anhängigen Streitigkeiten zu erwirken: DD 52 - 60, die alle in der Chronik des Klosters, die zum Typ der Charturlarchroniken gehört, überliefert sind. Im verstreuten Urkundenbestand des Klosters ist davon nichts mehr erhalten, vgl. ENZENSBERGER, *Bausteine* 137, 146. Daß Leonas die Notwendigkeit sah, auch eine Ausfertigung der Bestimmungen über die Gerichtsbarkeit bei Ehebruch und den Gerichtsstand von Klerikern zu erwirken, zeigt, daß das Kloster bzw. der Abt zumindestens in Teilen seines Besitzes gleichsam bischöfliche Funktionen ausübte, denn die Adulterienjurisdiktion ist keine Angelegenheit des Pfarrklerus. D 53 ist die einzige Ausfertigung des Konstitutionenpakets für ein Kloster, die uns im Wortlaut überliefert ist. Der Wortlaut entspricht mit den sachlich notwendigen Änderungen dem seit D 35 bekannten Formular .

Wilielmus, Dei gratia rex Sicilie, ducatus. Apulie et principatus Capue, comitibus, camerariis, iustitiariis, baronibus, et universis baiulis, qui sunt de parrochia abbacie Sancti Clementis de Piscaria, fidelibus suis, salutem et dilectionem. LEONAS, venerabilis abbas Sancti Clementis de Piscaria, fidelis noster, ostendit maiestati nostre dicens, quod ecclesia sua privatatur et diminuitur a vobis de iure suo videlicet de adulteriis, que non permittitis iudicari et corrigi in curia ipsius ecclesie, sicut debent, et de personis clericorum, que a vobis ut laici iudicantur, capiuntur et incarcerantur, quod, si verum est, admodum nobis displicet et grave ferimus. Non enim decet neque volumus, ut ea que ab ecclesia iudicari et coerceri debent, a vobis iudicentur vel puniantur. Quare

Willelmi II diplomata

D 53

mandamus universitati vestre et precipimus, ut amodo de adulteriis iudicandis non vos intromittatis, sed, si quis de parrochia * predicte abbacie Sancti Clementis de adulterio accusatus vel in eo deprehensus fuerit, ad iudicium curie { ipsius ecclesie, in qua adulteria ipsa debent iudicari, consistat et a curia eiusdem ecclesie iudicetur et corrigatur excepto si per insultum et violentiam committitur adulterium. Quod si acciderit, iudicetur ab ipsa ecclesia de adulterio, quod spectat ad iudicium ecclesie et quod spectat ad iudicium curie }^a nostre, videlicet de insultu et violentia, iudicetur ab ipsa curia nostra. De personis autem clericorum volumus et iubemus, ut si aliquis clericus totius parrochie * predicte abbacie Sancti Clementis de aliquo forisfacto, de quo de persona * iudicari vel condemnari debeat, appellatus fuerit, non a vobis neque in curia vestra, sed ab ecclesia et in curia ecclesie de hoc quod ad personam spectat, iudicetur et corrigatur * iuxta canones et ius ecclesiasticum, excepto si aliquis clericus fuerit appellatus de prodicione vel de alio huiusmodi magno maleficio quod spectat contra maiestatem nostram. Quod si acciderit volumus et precipimus ut de hoc quod spectat ad iudicium ecclesie, iudicetur ab * ecclesia, et de hoc, quod spectat ad iudicium curie nostre, iudicetur ab ipsa curia nostra. Si vero aliquis clericus de hereditate vel de aliquo tenimento, quod non ab ecclesia, sed a vobis sive per patrimonium sive aliunde in terris vestris teneat, appellatus fuerit, volumus^b ut de hoc in curia illius, in cuius terra possessiones vel tenimentum habuerit, respondeat et quod iustum fuerit faciat, non tamen ut persona SUA exinde capiatur aut incarceretur. Preterea vobis baiulis precipimus, ut ad predicta adulteria coercenda et corrigenda eidem venerabili abbati, fidei nostro, in quibus opus fuerit, auxilium tribuatis. Datum Salerni, primo die idus Iunii, indictione quinta.

^a *fehlt Ed.*

^b *fehlt C.*